

R. P. F. FELICIS

# POTESTATIS

E X A M E N

ECCLESIASTICUM,

Cum Novis Additionibus.

100  
—  
17604

R. P. F. FELICIS  
POTESTATIS  
PANORMITANI

Ordinis Minorum S. FRANCISCI de Observantia  
Ministri Provincialis, Lectoris Jubilati, & Sancti  
Officii Consultoris, &c.

EXAMEN ECCLESIASTICUM,  
IN QUO UNIVERSÆ MATERIÆ MORALES,  
omnesque ferè Casus Conscientiæ excogitabiles, solidè ac  
perspicuè resolvuntur:

CUM DENUNCIATIONIBUS AD MONITORIA,  
atque Edicta; necnon Instructiōe Sacra Penitentiarie, Propositionibus  
damnatis, Examine Ordinandorum, & Arte Prædicandi.

OPUS NON TANTUM CONFESSARIIS, AC POENITENTIBUS,  
verùm etiam Prædicatoribus, Ordinandis, Missionariis, cunctisque  
Ecclesiasticis, summoperè utile, ac necessarium.

EDITIO NOVISSIMA, CUI PRÆTER ALIAS ADDITIONES

*Per comissionem Al. Fr. de accessit Appendix Thesium Quesnellianarum.*

*Expurgatè ante libris, 2a. 2.*

*p. 546. n. 277. ut. de odio*

*de Manno de 1756. yelox?*

*de 1772. p. 215. 333. n. 37.*

*de 1772. p. 215. 333. n. 37.*

*de 1772. p. 215. 333. n. 37.*

*de 1772. p. 215. 333. n. 37.*

*de 1772. p. 215. 333. n. 37.*

*de 1772. p. 215. 333. n. 37.*



VENETIIS, MDCCLII.

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

# AD LECTOREM .



Ngemisce pie Lector : non enim siccis oculis hujus voluminis paginas , in quibus ejus Auctoris memoria tibi obvia occurreret , transilire valebis : lachrymare quam in tanti viri funere passa est Felix Civitas infelicitatem , ac Trinacria tota jacturam . Felix nomine , Felix moribus , Felix ingenio , in aliorum utilitatem semper scribendo feliciter laboravit ; nec unquam labori defuit animus , sed defuit anima , laborum præmium in cælis ( ut pie creditur ) acceptura . Quamquam enim Examini Ecclesiastico jampridem in lucem edito diutius elaberasset ; cum tamen adhuc in dies , ille , qui nullum diem sine linea prætermisit , alia , quæ ibi non tetigerat , multa perlegeret , multaque ipsi , successu interjecti temporis , quæ resolutione indigebant , ad aures pervenissent ; ne quid amplissimo operis titulo intus deesset , quod dubiam mentem in resolvendo possibiles casus relinquere posset ; de explenda omni tua pia curiositate sollicitus , eidem amplificando studiosius insudavit , & veluti apud ingeniosa , ex omnibus floribus , quos , nedum in Moralium , verum & Canonistarum spatiosissimis campis reperire potuit , ut pro viribus , brevitati simul , ac utilitati studiosorum consulere ; succum collegit , favumque uberius emisit . Hinc idem Examen , jam in duo parva volumina partitum , in unum , sed novis casibus , aliisque diversis materiis maxime adæctum , necnon sacris Canonibus , principiisque Theologicis pinguius referatum , tandem redegit , quo modo nunc tibi denuo prodit in lucem . Opus , si ea omnia , de quibus in ipso agitur , aspicias , breve est , sed minime abbreviatum ; imo copiosius , quæ in multiplicatis magnisque tum veterum , tum recentiorum voluminibus conscribuntur , omnia continens ; in ipso enim omnes pene excogitabiles casus practicos morales ad quamcumque materiam spectantes , nec nimis arctando , nec nimis relaxando , fideliter ac solide resolutos invenies ; nam haud novitatis , vel vanitatis amator , sed veritatis , paleas excussit , frumentum purum elegit . Igitur gratanter accipe , quod anhelanti animo cupiebas : nec dubites ob funeris eventum , totum esse Auctoris quidquid in opere reperitur ; hujus enim operis complementum fuit suæ consummationis initium ; & cum finem huic Examini fecisset , laudemque Deo scripsisset , postmodum in febrem incidens , ad alterius sæculi Examen se disposuit , ad quod vocabat Divina Majestas . Hinc securiter opus tene , ipsi sedulo incumbere , attenteque perlege , & proculdubio universam Moralem scientiam possidebis . Vale .



# E X A M E N CONFESSARIORUM

T O M U S P R I M U S ,

Complectens Conscientiam, Leges, Instructionem S. Pœnitentiariæ; Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, Sacramenta, Censuras, Pœnas, in quibus, plura de Monialibus: & Propositiones ab Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. damnatas,

*Que prius hic, tamquam totius Operis Speculum ad labeles delendas, afferuntur; Deinde in propriis locis trium Tomorum rejecte citantur.*

Quorum locorum Indicem habes in fine Tomi Tertii.

## 5. PROPOSITIONES 45. AB ALEX. VII. DAMNATÆ.

Feria V. Die 24. Septembris 1665.

*Congr. Gen. S. Rom. & Univ. Inquis. habita in Palatio Apost. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro Divina Provid. Papa VII. &c.*

**S**anctissimus D. N. audivit, non sine magno animi sui mœrore, comolures opinione Christiana disciplina relaxatas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim noviter prodire: & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrospit, alienus omnino ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in prædi sequerentur, ingens eruptura esset Christiana vita corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternam permanent, arctam esse defini- vit, in animarum perniciem dilatari, seu verius perverti contingeret, idem SS. D. N. ut oves sibi cre- ditas ab ejusmodi spatiofa, latæque, per quam iter  
Exam. Ecclesiæ.

*ad perditionem, via, pro pastorali sollicitudine in rectam semitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardina- libus contra hæreticam pravitatem Gener. Inquis. serio commisit. Qui tantum negotium strenue ag- gressi, eisque sedulo incumbentes, & mature discus- sis usque ad hanc diem infrascriptis propositioni- bus, super unaquaque ipsarum sua suffragia San- ctitati Suae singillatim exposuerunt.*

1 Homo nullo unquam vitæ suæ tempora tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir equestris ad duellum provocatus; potest illud acceptare, ac timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia asserens; Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non de- rogare facultati Trid. in qua de occultis crimi- nibus sermo est, anno 1629. 18. Junii in Con- sistorio S. Congr. Eminentiss. Card. visa, & con- legrata est.

A

4 Præ-

# A P P E N D I X

Quæsnellianarum Thesium a SS. D. N. CLEMENTE XI. profligatarum: quibus sua seorsim subicitur laconica explanatio, & oppugnatio, perstringendo paucis, quæ fufius, ac enucleatius in sua Trutina Antiquæsnelliana, P. DOMINICUS VIVA Societatis JESU differunt in obsequium dogmatum Catholicorum.

**Q**uid aliud remanet animo, qua Deum, atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum, & peccati consecutione, superba paupertas, & segnis indigentia, hoc est generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?

Si peccatori post amissam Dei gratiam peccatum deficeret liberum arbitrium, ac potestas ad honeste operandum, necnon gratia ad orandum, & ad resipiscendum, delusorie a Deo ad poenitentiam invitaretur; sicut delusorie invitatur cæcus ad videndum. Quo quid absurdius?

2 Jesu Christi gratia, principium efficax boni cujuscumque generis, necessaria est ad omne opus bonum; absque illa, non solum nihil fit, sed nec fieri potest.

Citra Christi gratiam, quæ principium efficax est omnis boni, (hoc est citra gratiam efficacem) adhuc homo adjuvus gratia sufficienti exercere potest actus virtutum supernaturalium; tum Moralium, tum etiam Theologicalium. Non est itaque gratia efficax ad omne opus bonum necessaria.

3 In vanum, Domine præcipis, si tu ipse non das quod præcipis.

Si Deus in vanum præciperet, quando denegat gratiam efficacem, qua dat, quod præcipit, nonne fatuum esset præceptum poenitentiae, quod a Deo peccatori non resipiscenti imponitur? Nonne frustranea esset gratia sufficiens, quam Deus eidem confert, ut resipiscat? Cum tamen ea sit beneficium ingens.

4 Ita, Domine: omnia possibilis sunt ei, cui omnia possibilis facis, eadem operando in illo.

Perinde quasi non esset possibilis conversio peccatoris, quando Deus gratiam illi confert sufficientem, ut resipiscat, absque eo quod resipiscant in illo operetur per gratiam efficacem.

5 Quando Deus non emollit cor per interiorum unctionem gratia sua, exhortationes, & gratia exteriores non inserviant, nisi ad illud magis obdurandum.

Adhortationes, & gratia exteriores non deserviant ad obdurandum cor peccatoris,

quin potius ad emolliendum: quamvis aliquando ex defectu propriæ cooperationis de facto non emolliatur, & gratia tunc temporis collata sit inefficax.

Discrimen inter Fœdus Judaicum, & Christianum est, quod in illo Deus exiguam fugam peccati, & implementum legis a peccatore, relinquendo illum in sua impotentia; in isto vero Deus Peccatori dat, quod jubet, illum sua gratia purificando.

Erroneum est hujusmodi discrimen: cum etiam in Judaico fœdere contulerit Deus gratiam sufficientem ad non peccandum, nec reliquerit Deus Judæos in impotentia ad bene operandum. Commentitium pariter est, quod semper Deus in Christiano fœdere sua gratia det quod jubet; sæpe enim quod jubet non ponitur, non quidem ex defectu gratia, sed ex nostra culpa. Denique falsum est, peccatorem gratia divina semper purificari: cum sæpe adjuvetur, quin purificatio sequatur vitio voluntatis.

7 Qua utilitas pro homine in veteri fœdere, in quo Deus illum reliquit ejus propria infirmitati imponendo ipsi suam legem? Qua vero felicitas non est admitti ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit a nobis?

Erroneum est, quod Deus reliquerit in veteri fœdere Judæos in sua infirmitate destitutos gratia sufficienti ad salutariter operandum; Quomodo peccassent legem transgrediendo si illam implere non possissent? Erroneum pariter est, tam quod in Christiano fœdere Deus ita donet quod petit a nobis, ut non requiratur ad illud ponendum libera nostra cooperatio, quam quod semper nobis detur gratia efficax, ut ponatur, quod Deus petit a nobis; quiaimo sæpe ex nostra culpa, non ex defectu gratia sufficientis, illud non ponitur, nec Deus nobis dat quod petit a nobis.

8 Nos non pertinemus ad novum fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius nova gratia, qua operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.

Novum fœdus non reddit nos participes gratia per Christum collata per hoc, quod Deus

- 40 tom. 1. pag. 263. num. 2503.  
 41 tom. 1. pag. 249. num. 2392.  
 42 tom. 1. pag. 133. n. 1222. & pag. 250. num.  
 2398.  
 43 tom. 1. pag. 293. num. 2762.  
 44 tom. 1. pag. 293. num. 2762.  
 45 tom. 1. pag. 133. num. 1220.  
 46 tom. 1. pag. 133. num. 1220.  
 47 tom. 1. pag. 282. num. 2661.  
 48 tom. 1. pag. 224. num. 2139.  
 49 tom. 1. pag. 226. num. 2164.  
 50 tom. 1. pag. 224. num. 2147.  
 51 tom. 1. pag. 31. num. 227.  
 52 tom. 1. pag. 213. num. 2019.  
 53 tom. 1. pag. 298. num. 2798.  
 54 tom. 1. pag. 53. num. 455.  
 55 tom. 1. pag. 28. num. 187.  
 56 tom. 1. pag. 311. num. 2919.  
 57 tom. 1. pag. 325. num. 3062.  
 58 tom. 1. pag. 323. num. 3052.  
 59 tom. 1. pag. 332. num. 3120.  
 60 tom. 1. pag. 400. num. 3671.  
 61 tom. 1. pag. 395. num. 3642.  
 62 tom. 1. pag. 396. num. 3658.  
 63 tom. 1. pag. 395. num. 3642.

- 64 tom. 1. pag. 28. num. 275.  
 65 tom. 1. pag. 29. num. 288.

PROPOSITIONVS AB ALEX. VIII.  
 DAMNATÆ.

- P**ropos. 1. tom. 1. pag. 406. num. 3726. 2.  
 tom. 1. pag. 406. num. 3726.  
 3 tom. 1. pag. 20. num. 122.  
 8 tom. 1. pag. 406. num. 3726.  
 9 tom. 1. pag. 40. n. 295. & p. 325. n. 3067.  
 14 tom. 1. pag. 325. num. 3064.  
 15 tom. 1. pag. 325. num. 3064.  
 16 tom. 1. pag. 339. num. 3188.  
 17 tom. 1. pag. 339. num. 3188.  
 18 tom. 1. pag. 322. num. 3035.  
 19 tom. 1. pag. 320. num. 3002.  
 21 tom. 1. pag. 339. num. 3187.  
 22 tom. 2. pag. 311. num. 2927.  
 23 tom. 1. pag. 311. num. 2927.  
 28 tom. 1. pag. 315. num. 2949.  
 30 tom. 3. pag. 655. num. 407.

Alia pariter

- P**rop. Damn. ab Alex. VIII. de peccato Phi-  
 losophico, tom. 1. pag. 402. num. 3688.

# NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

**A**Vendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fr. Vicen-  
 zo Maria Mazzoleni Inquisitore, nel Libro intitolato: *R. P. Fr. Felicis  
 Potestatis Panormitani Ordin. Minor. de Observ. S. Francisci, Examen Eccle-  
 siasticum*, non esservi cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimen-  
 te per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi,  
 concediamo licenza che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia  
 di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia,  
 e di Padova.

Dat. 12. Agosto 1705.

( Gio: Lando Kay. Proc. Rifor.

( Francesco Loredan Kay. Proc. Rifor.

Agostino Gadaldini Seg.

